

ILA Bálint – KOVACSICS József (eds.): Veszprém megye helytörténeti lexikona. Bp., 1964. 388.

Fejér, Georgius: Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Tomi IX. Vol. 5. (Budae, 1834.) 244. oldal.

https://library.hungaricana.hu/hu/view/KozMagyOkmanytarak_Codex_Diplomaticus_Tom_9_vol_5/?pg=278&layout=s

CXIV.

An. C/i. 1378. Idem Ludouicus num Iudices ac villici de Bars accepto secum vno Iudice Nobilium, absque regiis litteris actwn maioris potentiae in possessione Forgachiorum Korosanfold perpetrauerint, per conuentum de Gron requiri iubet.

Ludouicus, rex Hungariae, Polon. Dalmat. etc. fidelibus suis Conuentui Ecclesiae Sancti Benedicti de iuxta Gron salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Andreae, Ioannis et Blasii, dictorum Forgach, et Iohannis, filii Andreae, dicti Hegeus de Kozmal, quod his proximis diebus praecedentibus Kosa, filius Lachk, ac Pelrus[^] fillus Theodori, Iudices et villici, nec non Anglus et Blasius, - filius Pynlhe, et vniuersi hospites et ciues de Bors receptis secum vnum ex Iudicibus Nobilium de Comitatu de Bors absque litteris Regiis ad possessionem eorundem Nobilium Korosanfeuld vocatam, ad praedictam possessionem eorum Cozmal nuncupatam pertinentem accesissent, quosdam Iobbagiones eorum verberassent et verberari fecissent, duos vero eiusdem Iobbagiones captiuando, captiuosque nec non duo aratra cum septem equis suis, et aliis attinentiis abduxissent et abduci fecissent. et inter ipsos duos Iobbagiones in captiuitate ipsorum tenerent, ac dict. Os septem apud se conseruarent, propria eorum potentia mediante; super quo ficilelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem pro lestimonio fide dignum, quo praesente Iohannes, filius Pobor de Gyurud, vel Martinus de Morus, aut Iohannes de Zelezen, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus — — palam vel occulte diligenter invesligando sciat et inquirat de ppraemissis meram et omnimodam veritatem, et tandem prout vobis veritas praemissorum constiterit nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria secunda proxima post festum exaltationis Sanctae Crucis Anno Domini M. CCC. LXXVIII."

Ex archivo CC. Forgacli.